In nomine Domine Amen.

Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam ea, quæ sub tempore fiunt, cum tempore simul pereunt, nisi fuerint litera„ rum connotatione perennatæ, proinde nos Sigismundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus, Dux Lituaniæ, nec non terrarum Cracoviæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Cujaviæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Culmen. Elbingen. Pomeraniæque domi„ nus et hæres, significamus tenore præsentium quibus expedit uni„ versis et singulis præsentibus et futuris, harum notitiam habi„ turis, quomodo dum nobis ex parte famatorum Magistrorum se„ niorum atque contuberniorum mechanicorum nempe sartorum et pellificum civitatis nræ Leopoliensis, fuisset expositum, qua„ liter Judei dicta civitatis nostræ Leopoliensis incolæ atque anteurbani et quidam etiam in civitatibus et opidis Russiæ et Podoliæ et ubivis alias existentes, præterea etiam nonnulli homines variarum sectarum artes has non profitentes, in eorum destructionem contra antiquam consuetudinem facultatem victus quærendi illis adimentes et intercipientes tunicas de panno simplici Rutenicas dictas opaschnie vestes denique de alio panno generis

omnis, pelliceasque variarum pellium parare, vestesque pa-
ratas suduere, eorumque artificia per ipsorum destruitores
quos sturarze vocant, exercere soleant, et cum hujusmodi tuni-
cis et vestibus paratis, et similiter pelliceis per et infra civita-
tes, oppida, villas in terris Russiae ac Podoliae per nundinas et
fora septimanalia equitantes et discurrentes mercentur ipsasque
venum exponunt et divendunt in eorum artificia quae nunquam
didicerunt, cum ipsorum jactura et praejudicio, se intromittentes ac
ingerentes. Quare supplicatum est nobis, pro parte dictorum arti-
ficum sartorum et pellificum civitatis nostrae praenominatae Leo-
polienses, quatenus illis de nostra regia clementia in talibus
gratiose providere dignaremur. Nos itaque non solum eorum
humillime supplicationis verum etiam illius nostrae civitatis
Leopoliensis in finibus incursionibus hostilibus expositae, quae
in terra Russiae primaria est totique Regno valde opportuna,
benignam rationem habentes, cupientes etiam ut artifices in
ea locati ad meliorem status sui conditionem pervenire
possint et non destruerentur, sed ut ad quevis obsequia ci-
vitatis illius nostrae pacis et belli tempore essent aptiores
et magis sufficientes, de clementia et benignitate nostra regia
ipsos privilegeamus per praesentes, quod a modo et temporibus
perpetuis nullus Judeorum tam Leopoli quam extra eandem et
alias ubicunque locorum habitantium ipsa artificia puta
sartoriam et pelli pariam in destructionem ipsorum sartorum

et pellificum civium Leopoliensium contubernium exercere, et neque tu-
nicas ipsas ex rudi panno, opasehnie dictas nec vestes quas-
cunque de qualicunque panno consutas nec pelliceas novas de
quibuscunque pellibus consuere et neque vestes novas subducu-
re, et nec se in eorum artificia intromittere et ingerere, et nec cum
ipsis tunicis paratis aut pelliceis per civitates, oppida, villas
et nundinas foraque septimanalia mercandi gratia equitare
et eas exponere, vendere vel permutare aut commutare palam vel
manifeste, praesumat et audeat: sub dictarum tunicarum vesti-
um, pellicearumque et aliarum id genus rerum ac eorum arti-
ficii ammissione. Quo circa tibi Generoso Nicolao Odnowski
de Fulsztin castellano Premisliensi et capitaneo Leopoliensi
moderno, et pro tempore existenti, atque etiam aliis quorumvis
locorum capitaneis et eorum vices gerentibus, nec non nostrae
civitatis Leopoliensis atque quarumcunque aliarum civitatum
et opidorum Proconsulibus et consulibus atque villarum offici-
alibus serio mandamus, ut cum dicti sartores et pellifices
Leopolienses tales praesentis ordinationis nostrae transgres-
sores et illi contravenientes detulerint, ipsos cum hujusmodi
rebus interdictis capiatis, et ad illos capiendos presidia
prebeant oportuna, quarum rerum medietatem pro usu nostro
convertatis, alteram vero medietatem dictis artificibus pro necessi-
tatibus contubernii eorum, et pro resarciendo damno, quod ex in-
fecto eorum artificio deceperunt, convertendam extradatis, hocque

nostrum privilegium in omnibus manuteneatis et observatis, ma„
nuteneri que et observari faciatis, omnia promissa debitae exequu„
tioni demandantes, pro officio suo et gratia nostra regia secus
non facturi. Harum testimonio literarum, quibus sigillum no„
strum est subappensum. Dat. Cracoviae feria secunda proxima
post Dominicam Misericordia Anno Domini Millesimo quin„
gentesimo quadragesimo tertio Regni vero nostri Anno trigesi„
mo septimo praesentibus Rndissimo ac Rndis in chro patribus
dominis: Petro de Gamratis Archiepiscopo Gneznen. et Episcopo Cra„
coviense Legatoque nato et primate Regni nostri. Nicolao Dzirgow„
ski Vladislaviensi, Sebastiano Braniczki, Posnanien. Samuele
Maciejowski Ploczen. et Regni nri viceCancellario Stanislao
Tarlo Premisliensi, Andrea Zebrzidowski nominato Cameneciensi
Episcopis, ac magnificis venerabilibus et generosis Joanne Amor
de Tharnow Comite, castellano Cracovien. et exercituum Regni
nostri supremo ac Sandomirien. Lubaczowien. et Strien. capita„
neo Petro Kmita comite in Wisnicze Palatino et capitaneo
Cracovien. et Regni nri marescalco ac Scepusien. Przemyslien.
Colenz capitaneo, Joanne de Tanczin Sandomirien. et curiae nrae
Marsalco ac Lublinen. capitaneo. Petro Slurewski Calissien.
et capitaneo Niessevien. Joanne de Cosczielecz Lanciicien. et
Schluchowien. Bidgostien. Tucholien. ac Naklen capitaneo. Nico„
lao Chodziczki de Poluticze Brzesten. Joanne de Cosczielecz

~~Inw~~ Juniwladislavien. et Brzesten. capitaneo. Stanislao Odrowąz de Sprowa et in Jarosław Russie Joanne Tworowski Podolie. Petro de Dambrowicza, Lubliner. et capitaneo Radomien. felice Srzeński de Sokołowo Ploen. et capitaneo Mariemburgen. et Ploen. Nicolao Sieniawski Belzen. et Halicen. Colomiensisq capitaneo, Andrea Gołczewski Rawen. Palatinis Andrea comite de Gorca et castellano Poznanien. Majorisque Polonie Generali et Buscen. capitaneo, Nicolao Wolski Sandomirien. Serenissimaque domine Bone conjugis nostre charissime curie magistro, ac Lanckoronensi, Sanocen. Viznen. ac Lomzen. capitaneo. Spitkone de Tarnow Woinicen. et regni nostri Thesaurario. Siradien. Trzepiczen. Brzeznicen. Chrzesowienque capitaneo. Petro de Opalienicza Gnesnen. et serenissimi domi Sigismundi Augusti filii nostri charissimi curie magistro. Costensique et Olstinen. capitaneo. Paulo de Wolia Radomien. et Regni nri cancellario ac Gostinen. capitaneo. Severino Bonar de ~~K~~ Baliże Biecen. castellanis. Suppario, burgrabio, et magno procuratori Cracovien. Biecen. Oswieczimen. Zatorien. Rabstinenque Capitaneo. Martino Zborowski Regni nostri procillatore, Martino Wolski cubiculi nostri prefecto et curie nostre Thesaurario et vexillifero. Andrea Czarnkowski Cracovien. et Wladislawien. scholastico. Jacobo Uchanski decano Ploen. et Cracovien. canonico. Stanislao Przeborowski canonico Cracovien. Secretariis nostris Hieronymo Staszkowski culine.

Augustino Zolwicz stabuli nri praefectis, ac aliis quam plurimis, dignitariis, secretariis, officialibus, praefectis et aulicis nris syn-cere et fidelibus nobis dilectis testibus circa premissa fidedi-gnis. Datum per manus Rn in christo pris domi Samuelis Maciejowski Epi Ploćen. et Regni nri vicecancellarii.

Samuel Eps Ploćen.
et Vicecanctt
mp.

Rto Reias Rn in Christo patris do-mini Samuelis Maciejowski Epi-scopi Ploćensis et Regni Poloniae Vicecancellarii.

Przywilej na dużym arkuszu pergaminowym czytelnie pisany brak pieczęci; znajduje się w cechu kuśnierzów. —

Sigismundus Augustus.

Dei gratia Rex Poloniae magnus Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiaeq dominus et heres. Significamus p(rese)ntibus literis n(ost)ris quorum interest universis et singulis. Exhibitas esse coram nobis literas pergameneas, titulo et sigillo S(ere)ni R(egi)s olim Principis, domini Sigismundi Regis Poloniae parentis n(ost)ri desyderatissimi, munitas et firmatas, integras, sanas, nulliq suspicioni obnoxias. Continentes in se libertatem Contubernio sartorum Leopoliensium concessam ne (?) Iudaei in praeiudicium et detrimentum artis sartoriae, tunicas vulgo Opasznie dictas consuere, et consutas divendere praesumat et audeant. Supplicatumq nobis fuisse, ut illas earumq contenta omnia authoritate n(ost)ra Regia approbare ratificare et confirmare dignaremur, quarum quidem tenor est talis:

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam ea, quae sub tempore fiunt. Cum tempore simul pereunt nisi fuerint litterarum Coannotatione perennatae. Proinde Nos Sigismundus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithwaniae, nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cujaviae, Russiae, Prussiae, Mazoviae, Culmensis, Elbingensis, Pomeraniaeque &. &. Dominus et haeres. Significamus tenore praesentium, quibus expedit, universis & singulis praesentibus et futuris harum notitiam habituris, quoniam dum Nobis ex parte Magistrorum Seniorum, atque Contuberniorum Mechanicorum famatorum [illegible] Sartorum et Pellificum Civitatis Nostrae Leopoliensis fuisset expositum, qualiter Iudaei dictae civitatis Nostrae Leopoliensis Incolae [illegible] Anteurbani, et quidem etiam in Civitatibus et Oppidis Russiae et Podoliae, et ubivis alias existentes, praeterea etiam nonnulli homines variarum Sorte Sectarum Artes has non profitentes, in eorum Destructionem contra antiquam Consvetudinem facultatem victus quaerendi illis adimentes et intercipientes, Tunicas de panno simplici Ruthenicas dictas Opaszniae, vestes denique de alio panno generis omnis, pelliciasq variorum pellium parare, vestesq paratas subducere, eorumque artificia per ipsorum Destructores, quos Huzarze vocant, exercere solcant. Et cum ejusmodi tunicis et vestibus paratis, et similiter pelliceis per et [illegible] infra Civitates, Oppida, Villas, in Terris Russiae ac Podoliae per Nundinas et fora Septimanalia equitantes et discurrentes, mercentur. Ipsasq venum exponunt et divendunt. In eorum Artificia, quae nunquam didicerunt, Cum ipsorum Jactura et praejudicio se ingerentes ac intromittentes. Quare supplicatum est Nobis, pro parte dictorum Artificum Sartorum et Pellificum Civitatis Nostrae praenominatae Leopoliensium, quatenus illis de Nostra Regia Clementia in talibus gratiose providere dignaremur. Nos itaque non solum eorum humillimae Supplicationis, verum etiam illius nostrae civitatis

/

Leopoliensis in finibus incursionibus hostilibus expositae, quae inter terra Russiae primaria est, totiq Regno valde oportuna, benignam rationem habentes, cupientes etiam, ut Artifices, in ea locati, ad meliorem status sui Conditionem pervenire possint, et non destruerentur, sed ut ad quaevis obsequia, Civitatis illius nostrae, pacis & belli tempore existant aptiores, et magis sufficientes, de Clementia et benignitate nostra regia ipsos privilegiamus, per praesentes, quod a modo et temporibus perpetuis nullus Judaeorum tam Leopoli quam extra eandem et alias ubicunque Locorum habitantium, ipsa Artificia puta, Sartoriam et pellipariam in destructionem ipsorum Sartorum et pellificum, Civium Leopoliensium, Contubernium exercere, et neque Tunicas ipsas ex rude panno Sukmanie dictas, nec vestes quascunq, de qualicunq panno consutas, nec pellicas novas de quibuscunque pellibus consuere, et neque vestes novas subducere, et nec in eorundum Artificia intromittere, et ingerere, et nec cum ipsis tunicis paratis, ac pellibus per Civitates, Oppida, Villas, et Nundinas, foraque septimanalia, mercandi gratia equitare, et eas exponere, vendere vel permutare, aut commutare, palam & manifeste praesumat, et caveat subdictarum Tunicarum, Vestium, pelliumque et aliarum id genus rerum, ac eorum Artificii, amissione. Quo circa Tibi Generoso Nicolao Odnowski, de Fulsztyn, Castellano Przemisliensi, et Capitaneo Leopoliensi, moderno et pro tempore existenti, atque etiam aliis quorumvis Locorum Capitaneis, et eorum Vices gerentibus, nec non nostrae Civitatis Leopoliensis, & atque quarumcunque Civitatum aliarum, et Oppidorum pro Consulibus et Consulibus, atque Villarum Officialibus serio mandamus, ut cum dicti Sartores et pellifices Leopolienses, tales, praesentis Ordinationis nostrae transgressores, et illi Contravenientes obtulerint; ipsos cum hujusmodi rebus interdictis capiatis, et ad illos capiendos praesidia oportuna praebeatur; quarum Rerum medietatem pro usu nostro Conversatis, alteram vero medietatem dictis artificibus pro necessitatibus Contubernii eorum, et pro resarciendo damno quod ex infecto eorum Artificio acceperunt, Convertendam extradatis; hocq nostrum privilegium in omnibus manuteneatis et observetis, manutenerique et observare faciatis. —

Omnia praemissa debitae executioni domandantes pro gratia nostra regia et officio suo, secus non facturi, Harum testimonio litterarum, quibus Sigillum nostrum est subappensum. Datum Cracoviae, Feria 2da proxima post Dominicam misericordiae.

Anno Dni Millesimo, Quingentesimo, quadragesimo tertio — Regni ve-
ro nostri Anno trigesimo septimo. —
Praesentibus Reverendissimis ac Reverendis in Christo patribus Do-
minis Petro de Gamratis Archiepiscopo Gneznensi et Episcopo Cra-
coviensi, Legatoque Nato et Primate Regni Nostri. + Nicolao Dzergow-
ski, Wladislaviensi Sebastiano Braniczki Poznaniensi, Samuele Ma-
ciejowski, Plocensi, et Regni Nostri Vice Cancellario, Stanislao Tarlo
Przemisliensi — Andrea Zebrzydowski nominato Camenecensi Episco-
pis, ac Magnificis Venerabilibus Generosis Joanne Amor de Tarnow, Comi-
te Castellano Cracoviensi et exercituum Regni Nostri supremo, ac San-
domiriensi, Lubaczoviensi et Stryensi Capitaneo Petro Kmitha
Comite in Wisnicze, Palatino et Capitaneo Cracoviensi, et Regni nostri
Marschalco, ac Sepusiensi, Przemisliensi, Colensique Capitaneo Joanne
de Tanczin Sandomiriensi, et curiae nostrae Marschalco ac Lubli-
nensi Capitaneo Petro Sluzewski Calisiensi, et Capitaneo Niessaviensi
Joanne de Koscielecz Lanciciensi, Sluchoviensi, et Bidgostiensi
Tucholiensi ac Mathlensi Capitaneo, Nicolao Chodziecki de Potu-
licze Brzestensi, Joanne de Koscielecz juniore Wladislaviensi et Brzesten-
si Capitaneo, Stanislao Odrowaz de Sprowa et in Jaroslaw Russiae
Joanne Tworkowski Podoliae Petro de Dambrowicza Lublinensi, et Ca-
pitaneo Radomiensi, Heliae Szremski de Sokolowo Plocensi, et
Capitaneo Marienburgensi et Plocensi, Nicolao Sieniawski Bel-
zensi et Haliciensi, Colomiensique Capitaneo, Andrea Golczewski
Ravensi Palatinis, Andrea Comite de Gorka et Castellano Pozna-
niensi, Majorisque Poloniae Generali et Busensi Capitaneo, Nico-
lao Wolski Sandomiriensi, Serenissimaeque Dominae Bonae
Conjugis Nostrae Charissimae Curiae Magistro ac Lanchorondensi, Sa-
nocensi, Wiznensi ac Lomsensi Capitaneo, Spitcone de Tarnow
Woiniciensi et Regni Nostri Thesaurario Sieradiensi, Krzepi-
censi, Brzeznicensi, Krzesioviensique Capitaneo — Petro de Opalieno
Gnesnensi, et Serenissimi Domini Sigismundi Augusti filii No-
stri Charissimi, Curiae Magistro, Costensique et Olsztynensi
Capitaneo, Paulo de Wolka Radomiensi et Regni nostri Cancel-
lario ac Gostyninensi Capitaneo, Severino Bonar de Balicze Biecen-
si Castellanis, Zupario Burgrabio et Magno Procuratore Cracoven-
si, Bieczensi, Oswiecimensi Zatloriensi Rabstinensique Capitaneo,
Martino Zborowski Regni nostri Pocillatore, Martino Wolski Lubli-
nensi nostri praefecto et Curiae nostrae Thesaurario et Vexillifero, Andrea
Czarnkowski Cracoviensi et Wladislaviensi Scholastico, Jacobo Uchan-
ski Decano Plocensi et Canonico Cracoviensi, Stanislao Przeborow-
ski Canonico Cracoviensi, Secretariis nostris. —
Hieronimo Staszkowski Culina, Augustino Kottwicz, Stabu-
li nostri praefecto, ac aliis quam plurimis dignitariis Secretariis Officiali-
bus.

Praefectis ac aulicis Nostris ~~sincere~~ et fidelibus Nobis dilectis testibus, circa praemissa fide dignis. Datum per manus Reverendi in Christo patris, Domini Samuelis Maciejowski, Episcopi Plocensis, et Regni Nostri Vice Cancellarii – Samuel Episcopus Plocensis et Vice Cancellarius subscriptum – Recognitio ejusdem in Christo patris Dni Samuelis Maciejowski, Episcopi Plocensis et Regni Poloniae Vice Cancellarii || P. Quomde nos Sigismundus Augustus Rex nominatus supplicationi ejusmodi benigni annuentes, litteras praeinsertas in omnibus earum punctis clausulis articulis et ... [illegible] prout approbamus ratificamus et confirmamus ~~[illegible]~~ approbandas ratificandas et confirmandas [illegible] praesentibus litteris nostris. Decernen eas robur debitae et perpetuae firmitatis obtinere debere. Juribus nostris Regalibus salvis ibidem semper manentibus. Volumusque praeterea, ne tam vestes praedictae, Opasznie dictae, quam aliae res ad vestitum humanum pertinentes quocunque vocitentur nomine, et quae ad ipsorum sartorum artificium pertinent ac spectant in oppidis et civitatibus tam in Russiae quam Podoliae Palatinatibus, sub celebratione tam nundinarum quam septimanalis fore, a quoquam, qui nunquam artificium hujusmodi didicerit in detrimentum praefatorum sartorum civitatis nostrae Leopoliensis vendantur. Quod si a quopiam secus factum fuerit is ammissione earundem vestium uti supra descriptum extat, per dominum seu officium quodcunque loci illius, ubi res hujusmodi venum fuerint expositae, irremissibiliter puniatur. In cujus rei fidem et testimonium sigillum nostrum praesentibus est subappensum. Datum Warsoviae in conventione generali Regni die Undecima mensis Junii. Anno Dni Millesimo Quingentesimo Septuagesimo. Regni vero nostri Anno Quadragesimo primo.

Sigismundus Augustus

Rex ~~Poloniae~~ &c.

Przywilej ten pisanym charakterem na dużym pergaminie, pieczęci brak na końcu tym samym pismem dopisane:

Studio et opera famati Joannis Doliza Civis et Mercatoris Leopolien, cum Gregorio Sartore fratre Contubernii Sartorum Leopolien Anno 1570 ~~zabronienie Żydom roboty rzemiosła tak krawieckiego jako też kuśnierskiego w Opaśnie nazwanego~~

1576

Stephanus

Dei gratia Rex Poloniae magnus Dux Lithuania Russia Prussiae Maso-
viae Samogitia, Livoniae & cet. Nec non Princeps Transylvaniae & cet.
Significamus praesentibus literis nostris quorum interest universis et singulis
harum notitiam habituris. Reproductas esse coram nobis per certos Con-
siliarios nostros nomine Civium nostrorum Leopoliensium artis Sartoriae
Magistrorum ~~nostras~~ literas pargamenceas sub ~~[illegible]~~ et sigillo appenso minori
Regni Serenissimi olim Sigismundi Regis Poloniae praedecessoris
nostri, sanas, salvas, et integras omnis prorsus suspicione ~~carentes~~ continentes
in se certas leges, seu constitutiones, quibus haec ipsa Sartorium fra-
ternitas utitur. Alias prout ipse literae latius in se haec omnia conti-
nent, quarum tenor sequitur de verbo ad verbum et est talis.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos ~~[illegible]~~ Sigismundus
~~[illegible]~~ Dei gratia Rex Poloniae magnus Dux Lithvaniae, nec non Terra-
rum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cujaviae, Russiae
Prussiae, Masoviae, Culmen, Elbingen, Pomeraneq & cet. dominus et hae-
res. Significamus tenore praesentium universis et singulis, praesen-
tibus et futuris, harum notitiam habituris. Quia nos annuendo supplica-
tionibus quorundam Consiliariorum nostrorum pro Sartoribus civi-
tatis nostrae Leopol: nobis factis, cupientesque, ut ea ipsa civitas nostra
Leopoliensis tempore felicis nostri regiminis quo ad fieri potest, me-
lius instituatur, ac majus in dies capiat incrementum. Constituendum
denuo ac dandam et concedenda duximus Sartoribus praedictis, can-
dem civitatem inhabitantibus tam magistris, quam eorum sociis
edoctis et non edoctis modernis et pro tempore existentibus, fra-
ternitatem eorum Sartoriam perpetuo tenen et observan instituimus
ac damus et concedimus tenore praesentium mediante. Dantes etiam
et concedentes eisdem Sartoribus Leopoliensibus magisterium suae
artis exercentibus, prout damus et concedimus alios quoscunq ad hoc
suum artificium assummendi, et assumptos in eadem arte Sartoria
instruendi, edocendi, ac magisteriumque promovendi, plenariam et
omnimodam facultatem. Decernenq omnes et singuli eorum socii
in arte Sartoria, apud eos edocti et instituti, pro vere et legitime
edoctis, ac promoti in Magistros, ~~pro ad magisterium promoven-~~
~~di, plenariam~~ pro veris et legitimis magistris ubiq locorum ha-
beantur, dummodo ipsis aut eorum alicui legale non obsistat impe-
dimentum. Ut autem praedicta fraternitas Sartorum civitatis
Leopoliensis pro augmento et ornamento ejusdem civitatis bono
ordine ac regimine dirigatur; De consilio Consiliariorum nostrorum
/

nobiscum ad praesens existentium, statuendum et decernendum duximus Statuimusq decernimus et ordinamus, tenore praesentium median te. Ut quilibet in super dicta civitate nostra Leopol. artem Sartoriam laborare et exercere volens, fraternitatem ipsam Sartorum ineat ac suscipiat, et senioribus Magistris in omnibus artificiorum ipsorum que Sartorium concernentibus, iuxta constitutiones ipsis prius con cessas, quas in toto Confirmamus, obedientiam debitam exhibeat, ex perimentaq suae artis, quae vulgo Sztuki vocantur, coram eis faciat. E diverso vero nullus in praefata civitate nostra Leopoliense eiusq vicis et suburbiis non habita fraternitate Sartorium, artem Sarto riam, illic exercere audeat. Quae quidem nostra Constitutio, ut commo dius in exequutionem ponatur, damus et concedimus tenore prae sentium mediante potestatem praefatis Sartoribus, Civitatis nostrae Leopoliensi, modernis et pro tempore existentibus fraternitatem ha bentibus, omnes et singulos eos, quicunq in praedicta Civitate nostra Leopoliensi, eiusq vicis, ac suburbiis, non suscepta neq inita cum eis fraternitate, artem Sartoriam exercuerint, de dominibus sive sint civiles, sive dominorum spiritualium et Secularium, ibidem in civitate nostra Leopoliensi, ac vicis et suburbiis eius capiendi et tollendi, penisq iustis et convenientibus, iuxta arbitrium Consu latus et Senior. Magistrorum fraternitatis Sartoriae multandi et puniendi. In quibus capiendis et tollendis Consulatus praefa tus, et si opus fuerit etiam Capitaneus noster Leopol. pro tempore existens, totiens quotiens postulaverit necessitas, ac per Magistros ipsos Sartorum requisitus fuerit, auxilium suum opportunum praestare illis debeat et teneatur, perpetuis temporibus affuturis. Volumus tamen ut Sartores, duo castri nostri Leopoliensi, quos Ca pitaneus noster Leopol. pro tempore existens sibi deputaverit, ab hac praesenti institutione nostra immunes sint et exempti, neq ad ineundam dictam fraternitatem cogantur. In cuius rei testimo nium sigillum nostrum est praesentibus appensum. Dat. Cracoviae Feria tertia post Diem Festum Sanctae Trinitatium. Anno Dni Millesimo Quingentesimo Tricesimo Tertio, Regni nostri Anno Vige simo septimo. Praesentibus Rndus in Christo Patribus Dno. Petro Thomiczki Cracoviensi et Regni nostri vice Cancellario Ioanne Carnkowski Wladislaviensi Ioanne Premisliensi et Petro Cam necensi Episcopis Nec non magnificis venerabilibus et generosis Otta de Chodecz Cracoviensi et Leopoliensi Galiciensi Colomiensi Sniatinensi et Lubaczoviensi Capitaneo Stanislao de Brzezie Sandomiriensi Palatinis/.

Pętro Cmyitha de Wiśniecze, Sandomirien. Regni nostri Mar-
schallco et Capitaneo Cracovien. Przemislien. Scebuscien. Colen.
Stanislao de Sprowa Wislicien. Pętro de Opalenicza Landen.
et Serenissimi filii nostri Sigismundi Regis Curiae magistro
Spithkone de Tharnov Zawichostzen. Laurencio Miskowski
Bjecien. Severino Boner Zharnovien. Castelanis, Joanne Olesch-
niczki praeposito Scarbimirien. Stanislao Fathanro Scholastico
Sandomirien. Joanne Sbanski Samuele Maciejowski Canonicis
Cracoviensibus Secretario nostro Silvestro Ozarowski Succamerario
nostro et Capitano Zawichostien. Stanislao Staschkowski Magistro Coquinae nostrae
aliisque plurimis dignitariis, Officialibus et Aulicis nostris testibus ad
Praemissa fide dignis dat. per manus praefati Rndi in Christo Pa-
tris Dni de Thomicze Episcopo Cracovien. et Regni nostri vice Can-
cellarii Syncere nobis dilecti. Petrus Episcopus et vice Cancellarius
Insuper hoc etiam adiecto et expresso. Dum Magister novitius
Magisterium seu Experimentum suae artis qua vulgo Sztuki
vocantur voluerit conficere, seniori Magistro illud indicabit, in
quo ad instar veteris consvetudinis elaborabit, quod si Magistri
ejus Contubernii dignoverint, ejusmodi magisterium ab ipso exper-
diri non posse, ex arbitrio Contubernii erit puniendus, si illud pro-
be confecerit, Octo florenos Contubernio dabit, in quo ad instar solvi
Collationem praeterea sive convivium pro omnibus fratribus appa-
rabit. Quod si filium defuncti Magistri fratris ejus artis
filiam Magistri im matrimonium duxerit et in Contubernium
ejusmodi adoptare voluerit, quinque florenos Contubernio dabit
media Colatione pro fratribus adjecta. Dum aut aliquis Magister
ejusdem Contubernii defunctus seu mortuus fuerit filiumque suum
non edocuerit seu eliberaverit, tum liberum erit ejusdem Contuber-
nii Magistris, filium ipsius per quartale unius Anni eliberare.
Ipse vero eliberatur tenetur ejusdem Contubernii med. praecii quo ceteri solvere.
Quod si Magisterio non elaborato nec confecto ini medium fraternita-
tis suscipi voluerit, tum ad Contubernium Viginti florenos polon.
reponet, et colationem seu Nuptias nihilominus faciet. Ut autem
ordo in eo Contubernio conservetur omnes debitam obedientiam
Contubernio praestare tenebuntur, iuxta veteram consuetudinem,
sub poena unius Lapidis. Quod si frater aliquis sigillo ejusdem
Contubernii monitus comparere voluerit Unius Besmaň mulctandus
dus erit et sententia Contubernii stare debebit. Praeterea rationem

F

non audeat per unum annum integrum alium discipulum
suscipere, dium unum loco discipuli locare licebit, qui vero eam
constitutionem violaverit poena unius lapidis cerae punietur. Da-
mus etiam illis facultatem, mercatores et Pellifices aliosq[ue] oes rebus
his et laboribus privandi quorum fraternitati et Contubernio non-
per ipsos exponerentur laborarentur, et venderentur, ita ut medietas
Contubernio illorum cedat, altera vero officio quod confugerint cedere de-
bebit. Item ad petitionem diligentem nomine praefatorum Sarto-
rum Leopol. ad nos per Consiliarios nostros facta liberos pronun-
ciamus supramemoratorum Sartorum fraternitatem ad deductio-
ne et Comigrone seu etiam custodia hominum morte condemna-
torum ad locum illum vel alium quemcunque ubi suplicium de illis
sumeretur. Post quarum quidem literarum exhibitationem suplica-
verunt nobis eidem Sartores per praefatos Consiliarios nostros
suo et religionem nomine, ut literas eorum praeinsertas ipsis
a Rege Sigismundo Antecessore nostro concessas, approbaremus
innovaremus, ratificaremus, et confirmaremus. Cui petitioni uti
iuste et benigne nos annuentes, fraternitatem, seu Collegium
ipsorum, ac leges institutaq[ue], quae in istis nostris describuntur, ac
quoq[ue] in aliis, per praedecessorem nostrum olim Sigismundum
Augustum Regem Poloniae, de data Warsaviae in Conventu
Regni generali die Undecima Junii, Anno Millesimo Quin-
gentesimo Septuagesimo. ipsis sub Titulo Regni et sub manu
propria eisdem antecessoris nostri concessis quas hic proinser-
tas habere volumus, in omnibus earum literarum punctis
clausulis et articulis et conditionibus authoritate nostra Regia
approbamus, ratificamus, et confirmamus. Si et in quantum
legibus Regni nostri non derogent earumq[ue] usus habetur, ha-
bereq[ue] iuste et legittime debet. Decernentes eas et omnia in illis
contenta robur debite et perpetuo firmitatis obtinere debere.
Harum quas manu nostra subscripsimus et sigillo muniri man-
davimus. Datum Thorunii in Conventu Regni generalis die Quin-
ta Mensis Novembris. Anno Dni millesimo quingentesimo
Septuagesimo Sexto. Regni nostri. Primo.–

Stephanus Rex.

F. . . . . habere debebunt ut quilibet ex magistris disci-
pulum unum socium autem tres non plures habere debet . . . discipulum . . .
. . . .

Przywilej ten na dużym pergaminowym arkuszu w pierś bez pieczęci literami pisanemi
zaś przywilej Króla Zygmunta I który jest w środku inserowany również na pergamina
gockiemi literami pisany lecz pieczęć urwana.

Masoviae Volhiniae Podlachiae Livoniaeque &c. Princeps Transilvaniae

1578 9

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae magnus Dux Lithuaniae Russiae
Prus. &c. Significamus presentibus literis nostris quorum
interest universis & singulis Reproducta esse nobis per certos
consiliarios nostros nomine civium nostrorum Leopolien. contu
bernii seu Fraternitatis Artificii Tornatoris & Pectinariorum Ma
gistrorum Civium & subditorum nostrorum Leopolien. Articulos
seu consuetudines inter ipsos ab antiquo tentos & observatos
supplicatumque est nobis ut eosdem articulos et consuetudi
nes in omnibus eorum punctis clausulis articulis & conditionibus
tam in parte quam in toto approbaremus, Confirmaremus inno
varemus et ratificaremus. Quorumquidem articulorum tenor de
verbo ad verbum sequitur est que talis. Inprimis omnis qui se
in hoc ipsum Contubernium & Fraternitatem incorporare volu
erit, primum debet Jus civile suscipere & sue legittime genea
logie literas officiosas ostendere artisque sue periciam & manus
sue laborem per probas quas Sthuki vocant docere & demonstrare.
Si fuerit Torneator ex tunc debet lagenam dictam Flasche in qua
duplex potus absque commixtione distinctum possit servari &
continere fabricare. Et demum epistham hoc est lantarum dictam
Lampa cum producta lignea alias zdtiago szyja ad medium quartum
precillum facere in cujus summitate fieri debet .. Cura
in formam pixidis redacta & etiam facere cupam seu ciffum
ad instar crateris Italiai laboris bene formati & superiori
operimento celato, | Quas probas cum ipse Torneator perficiet ipsaque
magistris ejusdem artificii ostendet et si eas probatas et juxta artem
... agnoscent ———— talem pro Magistro suscipere debent. Si vero
Talis hujus modi probis non satisfacerit ex tunc talis non debet in
Magistrum promoveri et neque ad contubernium seu fraterni
talem admitti tam diu donec plene artificium didicerit. Verum
si circa laborem talium barzon modico deliquerit poterit in
contubernium et fraternitatem admitti dum prius ratione non proba
tionis sufficienter partis sue in communitatem fraternitatis ad
Zerinium flor. unum pecunie reponet. Si vero fuerit pectinarius
debet primum laternam sacerdotalem ~~tali~~ ~~probum modico~~
~~deliquerit poterit in contubernium & fraternitatem~~ nunc ~~fa...~~
ex cornu Lucidam et perspicatam elaborare ac de solo uno cornu
pectem facere cum tribus distinctionibus itaque duo ordines
in ipso pectine debent esse cum strictis dentibus tertius vero
ordo cum denticulis varioribus.
~~...~~ Deniqz etiam faciet pectende cornu cum dentibus varijs

prolesis Teller elaboratumq omnes illius pectinis denticuli circum
digitum abducerendur, et rursus ad sua loca perspicue versa
reveniat seu reducantur et ubi talis ipsas probas perficerit
vel non perfecerit prout cum Torneatoribus supra expositum est
procedetur circa quarum probarum publicationem tam Torne
atores quam Pectinificis debent astenentur pro Magistris sea
petu cerevisia constituere et aspatueram produobus penis
vero pro uno grossis dare. Cum itaque novus Magister contu
bernia & fraternitatem suscipiet ex tunc ante omnia
medium florenum introitalium contubernio reponet cum uno
Bezmian cerae et constituet scapelum cerevisiae
pro confraternibus et tandem tenebitur ad cistulam flor quin
reponere quem si habere tunc non poterit, ex tunc sibi
certe rate tollerabiles constituentur pro quibus successive
poterit hujus medii pectinum dissolvere. Secus tusserit de filiis
Magistrorum & sociorumque Magistrorum filias sibi matrimonialiter
copulabit. Nam ipsi medietatem datis hujus & non magis
tenebuntur reponere & a probis erant liberi. Non debet
hoc ipsum contubernium Seniores Magistri elegi so
tum Catholici de Romana .... ut puta unus Torneator al
ter vero pectinifex. Qui si in utroque artificio non haberentur ex
toni ... entur de uno eodemque artificio ut puta ambo Torneatores vel pect
Quiquidem Seniores Magistri debent aliasque Magi
stros ad contubernium continue in duabus septimanis convocare & signum
unum pro consuetudine inter eos mittere quod signum non si Magistri
non expensaverint ex tunc propena unum Bezmian cerae fraternitate
restituere tenebitur. Seniores Magistri adjunctis sibi ad men
sam suam quatuor Magistri duobus catholicis ritus Romani & aliis
duobus ritus Graeci debent juxta consuetudinem aliorum contuber
niorum contubernium bannire & comparada unius ... candela
... argent cerea
attendet qua ardente si quis Magistrorum & unum quartale dicte candela
- - - - - - - -
contubernium venire neglexerit penem medii
grosi succumbet. Ubi vero Magister senior vel aliquis Magistro
rum comesalium qui solent - - - - - - - cistulam servare ad
contubernium non venerit donec ipsa candela arserit. Ex tunc te
nebitur pro pena - - - - - - - - - - - num reponere. Et
dum jam ipsi Magistri nec Seniores Magistros signo [illegible]

convocati fuerit in duabus Septimanis in contubernium tunc
processione latobus contubernij tenentur per medientem ad circulum
componere. Exceptis Magistris Senioribus qui ad compositione talium
peccatoriarum non tenentur. Si vero aliquis Magistrorum Seniorum vel
circa mensam sedencium non locato loco suo et nec .. erato a
mense surrexerit sub bannito contubernio talis pro pena duorum
grossorum demerebitur & junior solidum. Preterea siquis Ma-
gistrorum sub bannito contubernio verba inhonesta convicialia &
injuriosa proferre & contubernium inhonorare presumpserit
talis medium libre cere pro pena fraternitati dare tenebitur.
Quod alterius. Si quis Magistrorum quem ecolori Magistri ve-
cessivum aut culpabilem cognoscet & illum pro demerito pena
re aut corrigere velint. Ipse vero rebelliter ab eis recesserit talis pro
pena medii libre cere ad contubernium tenebitur reponere. Non debet
etiam unus Magister alteri Magistro familiam abducere nisi ad ducere
sub pena unius Bezmian cere. Discipulus qui alterum artificiorum
prefatorum informari voluerit tunc per Magistrum a........
debet suscipi ex tunc imprimis medium Bezmian cere
fraternitati & scapotum cervisie dare debebit ad quo artificia non
nisi legittimi filij debet suscipi & talis per 3 annos continue sit
tornatile vel pectinarium informari tenebitur. Qui vero disci-
pulus voluerit tempus suum pecunia redimere. Ex tunc
Magistros duas marcas persolvet vel prout cum Magistro suo
condictabit pro se celerius in artificio deliberans. Et dum
discipulus artificium plenarie didicerit & artificio iuxta
consuetudinem satisfecerit ex tunc illi Magister iste ipsius iuxta
laborem manus sue precium sue mercedis constituere debebit
dareque sibi tunicam Wratislaviensem nitram camisiam & caleorum
[illegible] suiciam aut solulares & ipse tenebitur apud
suum Magnum post elaborationem pro precio medium
annum laborare et tandem ubi se conferre voluerit
stabit in ejus arbitrio & voluntate. Tenebuntur Ceterea omnes
Magistri catholici & Ruthenici processioni ipso festo sacratissi-
mi corporis christi interesse armati & honorifice assistere
iuxta consuetudinem aliorum contuberniorum sub pena
duorum Consulum. Et si quis Magistrorum et confratrum
ejusdem contubernij tempore collationis pro eodem festo corporis

christi peragi solite aliquem non facto solum verum etiam
verbis inhonestis interturbaverit et qui molestum vel
litigiosum instilaverit talis tenebitur totam ipsam colla-
tionem per se solus persolvere tunc erit in gratiam fratrum
contubernialium Nullus etiam debebit vel poterit ipsa artificia
hic laborare in destructionem eorum solum illequi [illegible] contu-
bernium et fraternitatem habuerit sub pena duorum Magri
~~Romane obedientie ad sepulturam aliorum Magri~~
borum talium recessione cum cera [illegible] mirorum. Debent etiam
ipsi Magistri Torneatores et Pectinifices suas candelas ad
instar aliarum fraternitatum ~~talis~~ Eccles. Romana obedientia et
non alibi habere et duos Magistros Juniores qui infra divina
officia illas candelas succedent et extinguent illasque
conservabunt designare quod tum ipsi poterint per alium supplere
in quo officio negligentes mediante penabuntur. Nullus denique
nam ex ipsis super expressis ad data [illegible] matrimoniali
perfectam cuiuscunque copula sub pena tenor Magri Ro-
mane obedientie ad sepulturam alicuius Magistri quidem re-
ligionis uxoris librorum seu familiae debent cum eandem [illegible] venire et
funus illius mortui ad tumulum usque conducere et similiter circa
obsequia funeralia et Missas pro defunctis interesse sub
pena ~~duorum Magri~~ unius grossi Magistris revdittus
Graecis pari [illegible] suos confratres uxores libros et
familiam mortuos similiter ad Ecclam suam condu-
cere sub pena unius grossi. Item Magri pro redicti artifi-
cii alios quoscunque idoneos ad eorum Artificium assumere
assumptos instruere ac docere [illegible] socios facere ac
creare cognomina eis imponere juxta morem Artificii ejusdem Civi-
tatis Leopolien. ac deinde ad Magisterium promovere valeant
et possint. Usque solum propter eorum alibi pro idoneis
admissi artem exercere possint non secus ac si Cracoviae
didicerint. Item quicumque frater ad contubernium venerit

medis pedibus ~~latis~~

a quolibet pede per medium grossum solvere tenebitur.
Item licebit eisdem Magistris sub expressis vigore hujus
Privilegii nostri quod ad artificium ipsorum pertinet impe-
ritos Magistros qui vulgo Lataczeze seu Partacze ~~Flemming~~
~~quinque Fuler ad contubernii venerit~~ vulis vocantur
stillorum artificium impedientes ex civitate et ejus
sub urbiis depellere. Item quicunque Magister artis Tornerii
Pectinarii aut etiam Funarii discipulum apud se detinuerit
& laborare permisserit, ille vero discipulus cogno-
mine artificii illius usi Lato (id est bez przeniantki)
caruerit talis luet penam quinque Marcarum contubernio
ipsorum. Ita etiam sotius Magistri quicunque apud indoctum
Magistrum qui partacz sive szularz dicitur laboraverit
eandem penam super expsam contubernio reponet
quinque Marcas. Nec non per duas integras Septimanas
in carcere detineri debet. Item ut nemo audeat laborem
seu ... proprii artificii ipsorum convenit aliunde adducere
aut vendere sub ... mercimoniorum cujus medietas
altera vero parti conquerenti. Item Magister si sus-
ceperit aliquem discipulum ad informandum prius ad no-
titia fraternitati deducet & Magistri illius ... de signaturi
sit. Probationem hus ad duas Septimanas quod
si supra id tempus eum detinuerit talis duas libras
cere contubernio reponet. Ita etiam si aliquis discipulus ex ipsis
artificiis supra nominata ad unum annum tantum artificium
illud exercere voluerit tenebitur ... Magistro suo
quinque Marcas numeri et monete Polonicae. Item
quicunque ac ipsorum contubernium de alio venerit ...
ni alem susceptorius ad artem ta Tornearium Pectinaria

ac etiam ~~Tornatoriam~~ Funea exercere solens habeat certo contubernio literas confirmationis et susceptionis

in parte ad ipsa signa contubernium portare tenebitur.
Item ut singulus Magister signum ad se suum detineat sed ~~continuum~~ unice ad alium remittat quod si detinuerit et comprobatus fuerit viedenum grossorum luet. Item etiam ordo debet infra observari inter Magros artis Funariae videlicet...

~~Magister~~ artis Funarij si susceperit laborem ab aliquo pro summa quindecim florenorum eam debet perficere. Si vero supra

illam summae supra expressam tenebitur alium suae artis Magris nunciare, ac illis ad laborandum ~~dare~~ itidem dare. Item quando aliquis Magister in ijs superius scriptis articulis aliquid deliquerit duple punietur pena. Nos itaque Stephanus Rex prenominat.. circa solennem coronationem nostram regiam ~~omnia~~ omnia privilegia jura libertates immunitates laudabiles consuetudines subditorum nostrorum Cracovie

confirmaverimus & approbaverimus tamen cum iidem sub dictis artis contuberniorum Tornatorum Pectinariorum ~~Funariorum~~ nobis per certos consiliarios nostros humilime petierint speciali confirmatione sibi a Majestate nostra Regia providere petitioniqu ac supplicationi ipsorum ~~uti juste~~ benigne annuentes articulos seu ordinationes ejusdem contubernij seu fraternitatis superius descriptas in omnibus ejus momentis punctis clausulis articulis conditionibus hac sententiis in toto & in parte approbandum confirmandum corroborandum innovandum ratificandum (Si & in quantum legibus ac constitutionibus regni nostri non derogent earumque usus juste ac legitime habetur haberique debet) duximus Decernentes easdem ac omnia in ejs contenta robur debitum ac legitimum firmitatis obtinere debere Harum quas manu nostra subscripsimus & sigillo Regni nostri muniri

121

mandavimus testimonio literarum. Datum Leopoli die prima Mensis July Anno Dni Millesimo quingentesimo septuagesimo octavo Regni vero nostri Anno Tertio.

Stephanus Rex

Alb. Baranski

Przywiley ten ~~na pargaminie z pieczęcią~~ znayduje się w Pana Müllera grzebieniarza

Quadatium sibi proximiorem Magistri destinabit et ~~sellius~~ ultimus ad seniorem Magistrum reportabit sub pena unius grossi. Et siquis Magistrorum utriusque artificium ex suo signo perversitus absque legitima causa ad contubernium oportune non venerit vel se apud seniores

Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithvaniæ Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ et Czernichoviæ.

Significamus præsentibus Literis Nostris Quorum interest Universis et Singulis, Reproductas fuisse coram Nobis Literas Pargameneas manu Serenissimi olim Sigismundi III. Prædecessoris Nostri subscriptas Sigilloq pensili minoris Cancellariæ Regni communitas, sanas, salvas et illæsas omniq suspicionis nota carentes, continentes in se confirmationem Jurium Contubernio Muratorum et Lapicidarum Leopoliensium servien. Quarum quidem Literarum tenor qui sequitur estque ejusmodi. Sigismundus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Livoniæ, nec non Svecorum Gottorum Vandalorumq hæreditarius Rex. Significamus præsentibus Literis Nostris Quorum interest Universis et Singulis Reproductas esse coram Nobis Literas Pargameneas infrascriptas sub titulo et Sigillo Proconsulis Consulum Civitatis Leopoliensis emanatas et obsignatas certos articulos Contubernio Muratorum et Lapicidarum Leopoliensium boni ordinis inter se servandi in se continen sanas salvas illæsas omniq nota suspicionis caren, quas ut authoritate Nostra Regia approbare ratificare et confirmare Dignaremur. Supplicatum Nobis est, quarum Literarum tenor de verbo ad verbum sequitur ejusmodi. Consules Civitatis Leopoliensis notum esse cupimus Universis præsentibus ac futuris; Quia Nos incumbentes in id omni Officij cura ut ejus Civitatis omnes Cives et Incolæ in tranquillo semper maneant statu et ordine, postquam inter Mechanicos Nostris temporibus Muratorum et Lapicidarum cresceret varijs ex nationibus in hac Civitate numerus eo autem quod illis nulla esset constans et firma Legum ratio multæ orirentur inter eos discordiæ, cum quibus Nostrum ut plurimum conveniebant perturbareq solebant Officium ad bonum tandem Civitatis ejusdem commune et ad mutuam eorum pacificationem Nostrorum hac in re majorum morem et exemplum secuti matura cum deliberatione instituimus eis ut et alijs opificibus contubernium in quo ij omnes qui vel murata servant ædificia vel lapides ædificiis aptos incidunt resecant sculpunt aut polite tornant cujuscunque illi fuerint

./.

generis vel nationis intra et circa Civitatem eam Leopoliensem nunc et in posterum existentes communibus debent parere legibus et consvetudinibus juxta eos quos hic praecipuos tantum describimus articulos in haec verba: Primus articulus. Qui volet juxta artem suam in Magistrum ex socijs creari is veniens primo in Contubernium cum honestis Civibus duobus rogabit a Magistris omnibus se in eorum medium suscipi primaq illa fronte ostendet eis Literas institutionis suae sufficientes, et profitebitur coram, quod non alterius quam Romanae Catholicae sit Religionis. Seniores autem Magistratum curabunt Legi ex hoc Privilegio aut etiam ipsi denuntiabunt illi consvetudines omnes potissimum in ejus rem servientes: quibus tum ille, si per omnia satisfacturum se submiserit pro eodem primo ingressu ad commune Contubernij ejusdem depositorium dabit pecuniae Polonicae grossos Triginta simulq petet se Officio Nostro ab ipsis Senioribus ad Jus Civile commendare, quod antequam illi conferretur, debebit ut moris est suam thori legitimi genealogiam sive Literis authenticis, sive dignis fide Testimonijs probare, aut etiam de tali probatione ad certum tempus afferenda aliquam nobis dare cautionem. Et his quidem sic actis postulabit deinde a Contubernalibus Magistris ad faciendum artis experimentum certam sibi statui diem, qua ipse experimentum scribet et faciet in tali forma et figura qualis ei per Contubernium commonstrabitur in Papyro scripta et sub Nostro appresso Sigillo elineata. Postquam autem experimentum ejusmodi scripserit et omnibus Magistris illud praesentaverit, quatenus aliqua ex parte non reprehendetur, tum demum pro augendo communi fraternitatis contubernijq totius bono numerabit Florenos Decem monetae Polonicae et Civitati specialiter offeret ad armamentarium publicum Viginti globos lapideos tormentarios arte elaboratos ac praeterea Magistris Contubernalibus quotquot fuerint pro antiqua eorum observantia parabit convivium quod tamen ultra tria ciborum fercula et ultra unum vas cerevisiae majorem sumptum superare non debet. Contra porro ubi is ipse probans experimentum ab ipsis Magistris juste viderit esse reprehensum, tum in eo solum eorum petet atq ut poterit conciliandam sibi curabit gratiam caeterum filios Magistrorum vel eorum generos aut etiam post eos viduarum relictarum maritos

quod attinet his singulare hoc reservatur beneficium quod talis quisq scripta experimenti parte tantum dimidia, datisq ad Contubernium quinque florenis et convivio more aliorum Magistris, parate Magister creabitur. Secundus Articulus. Magistri et Socij ad eandem spectantes Fraternitatem ne rem Contubernalem tumultuarie et confuse, ut hactenus fuit, ge-rant, ex eo tempore debent habere utrinque sua separatim conventicula et hospicia in quorum scilicet uno Magistro praesidentibus suis juratis duobus Senioribus in altero autem Socij duobus item Magistris praesidentibus se se pro consvetudine gubernabunt, suaq tractabunt ne-golia. Et illi quidem Magistri duo qui semper Conven-ticulis Sociorum qualibet quindena celebrandis aderint observabunt id diligenter ut per eosdem Socios omnia ad honestatem et ad antiquam observantiam gerantur in suisq deliquijs puniendis ut omnino aequitati studeant. At quoties poenas decernent, ut ab eis gravato cuiqs inde primum ad Magistros deinde etiam a Magistris ad Nos Con-sules libera sit provocatio. Quoniam autem Magistri simul et socij in hac una Fraternitate ad Ecclesiastica et ad contubernalia onera quaevis ferenda sunt, esseq debent obligati propterea de pensio-nibus per socios ad carbonam Magistrorum comportari sic ordinavimus et ordinamus. Quod Magistri praefati ha-bituri sunt semper sub clave sua in Carbona sociorum pro-priam et specialem pixidem ad quam ex adversis pri-mum socijs qui de more Fraternitatem ingressi pensionem Ortowe dictam contribuunt tota eorum talis pensio quatuor scili-cet grossorum de poenis autem omnibus quoties ex aliquibus delinquentibus sumentur aut de pecunia quam eorum Singuli per quindenam ut moris est conferunt pars tantum debet in eorum Conventiculis sub illorum duorum Magistrorum praesentia separari et imponi. Magistri vero praefati pecuniam ejusmodi collectam quae cum illa pixide ad eos per duos illos Confratres quolibet anni quadrante deferretur in suum acci-pient depositorium et ea deinde pecunia cum sua item quam communiter congerent omnia Fraternitatis necessaria procu-rabunt. Tertius Articulus. Nemo Magistrorum plures operas praeter duas ad manus debet habere ut sic et aedificiis Civium studio diligentiaq majore quibus eorum incumbat et alteri suo contubernali f: quem etiam arte victum quaerere opus est: f quaerendi ejusdem victus rationem non praeripiat. Dum tamen opus unum ex illis duobus viderit se prope abso-

luturum

/.

tuni de tertio novo parando contrahere quidem poterit. atqui manum suam non prius illi apponet, donec priorum illorum operum alterutrum finiverit sub poena lapidum duorum cerae ad Contubernium luenda, ac nihilominus poena quoque tali solita sub ipsius etiam tertij cujuscunque operis ad illum Magistrum qui vel uno vel duobus operibus vacaverit privatione. Quartus Articulus. Pacta seu condicta mutua de contrahendis vel laborandis operibus quibusvis (quae Magistris tantum duobus ex observantia facere secum licet) Magister quisque cum Socio aliquo nulla debet habere sub unius cerae lapidis poena. Socius enim quilibet pro sua accidentaria mercede thrunkale dicta contentus debet esse antiquorum operum reparationibus ijs tantum quae duorum florenorum valorem non excedant unde ille Socius ad tales operandas reparationes Magistri sui consensum semper requirere ejusque discipulum ut etiam artis exercitamenta capiat in operando juxta se habere et eum in arte informare ut de mercede quoque aliquid eidem imputari debet materiam tamen reparationibus ejusmodi necessariam absque sui magistri vel aedificantis speciali scitu et voluntate prorsus nullam debet accipere. Occasione quarum omnium rerum poena dimidij cerae lapidis tali Socio qui praemissis contravenerit, imprimitur. Quintus Articulus. Socius qui aliunde in eam Civitatem venerit primum denunciabit suum adventum duobus Sociorum Senioribus a quibus deinde Magistris Seniores accepta de illo notitia ordinabunt eum ad illius Magistri officinam qui interea temporis vel nullos vel pauciores habuerit socios eaque ac simili ratione ordinare debent Magistris ex aequo singulis ij socij qui hybernis non fuerint ulli Magistrorum obligati, tales enim qui per Magistrorum quempiam hyemis tempore foventur quotquot fuerint omnes Vere toto et aestate prima ad festum usque Nativitatis Sancti Joannis Baptistae ab ejusdem Magistri cui sunt illa hybernatione obligati, officina non debet recedere sub poena pro contubernij arbitrio in eam rem statuenda. Circa quem quidem articulum Nos singulariter excepimus operum omnium Civitatis ejusdem publicam necessitatem ad quam scilicet Magistri singuli suo consueto modo et ordine tot socios dare debent quoadusque eorum Civile aliquod opus posceret. —
Sextus Articulus. Merces Socijs ac discipulis non debet per quempiam Magistrorum augeri, neque imutari ultra Officij Nostri immutationem et moderationem quae pro his ut

modo sunt temporibus donec aliquod aliud ea in re con-
stituerimus constituitur talis. Primum a festo Sancti Galli
ad dies Carnis privij Socio cuilibet pro labore diurno grossi quinq;
discipulo autem grossi duo cum sesquisextio. Deinde a diebus
Carnis privij ad Pascha. Socio grossi sex, et Discipulo grossi tres.
Postremo a Paschate ad Festum Sancti Galli Socio grossi septem
et Discipulo grossi quatuor. Cui ordinationi quoties aliquis
Magister contravenerit, toties convictus pœnam unius la-
pidis ceræ ad Contubernium succumbet. Septimus Arti-
culus. Discipulos plures quam duos nullus magistrorum
debet fovere in arteq; instituere ac nec eorum institutio-
nes confectos annos scilicet quatuor ullo unquam pretio
aut pacto minui faciet. Itaque Nos præfati Consules Leo-
polienses volentes ut ij muratores et Lapicidæ qui vel
muro ædificia construunt, vel etiam lapides sive ~~incidentes~~
~~et ij~~ incisione sive sculptura sive thorno ut dictum est
formant aut poliunt omnes in genere intra et circa
eam Civitatem ex præscriptis articulis et ex antiquis
consvetudinibus quæ per alias quasq; celebres Civitates
usu tenentur, juxta morem aliorum Civitatis hujus
Contubernalium artificium primo ad ipsius DEI Op-
timi Maximi honorem et gloriam, deinde ad singu-
lare Civitatis ejus decus et præsidium in omni
pietate bono Regimine et in moribus honestis in-
concordiaq; amore favore et in pace mutuo secum
vivant. Aedificijs autem struendis et elaborandis
Civitati huic et ejus Civibus per hanc ordinationem eo
facilius et solertius navent suam operam. His demum
ac alijs supra quoque memoratis ex causis invocato
DEI omnipotentis nomine vigore Jurium et Privilegio-
rum eam in rem per Serenissimos Reges Poloniæ No-
bis et Civitati huic antiquitus clementer conces-
sorum et confirmatorum hoc eisdem Contubernium
et fraternitatem prout fundamus per præsentes appro-
bando illis ratasq; faciendo consvetudines et ordinationes
tam hisce Literis præmisso modo descriptas quaq; etiam
communiter alias usu eorum antiquo servatas quas ni-
hilominus ad eam præsentem Contubernij institutionem
ut quandoque res, tempus aut necessitas postulaverit
augere minuere mutare corrigere Nobis atque postea

in Officio nostro successuris liberam facultatem relinqui-
mus. Quod autem superest eos quos ad tale inchoandum
Contubernium præferimus et locavimus præsentes:
quoniam artis eorum peritia multis ab annis in ea
Civitate Nobis et Civibus multis præsertim quibus
operas ædificiorum varias pulchre et satis industrie
construebant in eamque usque diem optime sem-
per fuit et est probata spectataq ideo quemq illorum
pro vero bonoq in sua arte perito Magistro agnoscendo
et confirmando in perpetuam rei memoriam hic quoq
scribimus et recensemus singulos ut sunt de nomine:
Petrus Karmior et Stanislaus Mleko qui duo ad annum
præsentem electi erant in Seniores Magistros. Rochus
Szafraniec Andreas Podleszny, Sebastianus Moczygemba, Se-
bastianus Ciszek, Joannes Kreglik, Petrus Niezgoda Jacobus
Regazolis, Henricus Horsth, Paulus Szczesliwy et Paulus Szczy-
czliwy. In quorum omnium præmissorum fidem Sigillum
Officij Nostri est præsentibus appensum. Datæ vero Nostræ
hæ Literæ Leopoli ex Residentia Nostra Consulari Die
Quinta Mensis Martii Anno Domini Millesimo Quin-
gentesimo Octuagesimo. Nos itaque Sigismundus Rex
suprascriptus supplicationi prædictæ dictorum fratrum
contubernij Fraternitatis Muratorum et Lapicidarum
uti justæ et consonæ benigne annuentes Literas præinser-
tas in omnibus earum punctis, clausulis articulis et
conditionibus approbandas ratificandas esse duximus,
ut quidem quantum de jure sunt et usus earum habe-
tur /: cum ea melioratione articulorum suprascriptorum
videlicet secundum quod attinet aby mistrzowie jednego
starszego Towarzysza obierali według woli swoiey, kto-
ryby przestrzegaiąc porządków, złych karał /: przykładem
inszych Cechów:/ a drugiego Towarzysza żeby sobie Towa-
rzysze obierali. Quintum. Żeby żaden Towarzysz
ktoregobykolwiek mistrz przez zimę foldrował to jest
dawał mu robotę albo go też na wiosnę przyiął do
roboty, takowy żaden nie ma odchodzić przez całe Lato
aż do Swiętego Michała. Ad Septimum. Mistrzowi każde-
mu wolno będzie chować y po czterech Uczniow. Octavum
vero articulum adjicimus et adjungimus. Aby każdy To-
warzysz nowo przywędrowany tu do tego miasta bądź
Włoch, bądź Niemiec, bądź jakikolwiek nacyi, stanąwszy

przed Mistrzami ma pokazać List od urodzenia i od
wyuczenia swego albo też mieć rękoymią słuszną po
sobie stawić stawić na czas pewny. A przytym ma po,
łożyć do Mistrzów Kopę, a do Towarzyszow Złoty y ma
za takowym datkiem bydź przyjęty do cechu y na swoie
mieysce osadzony między Towarzyszami /. approbamus
confirmamus et ratificamus præsentibus Literis No,
stris decernentes easdem vim et robur perpetuæ fir,
mitatis obtinere debere. Atq in ejus rei fidem et
evidentius Testimonium præsentes Literas manu
Nostra subscripsimus et Sigillo Regni Nostri com,
muniri mandavimus. Datæ Varsaviæ Die vigesima
quarta Mensis Martij. Anni Domini Millesimo
Sexcentesimo Primo Regnorum Nostrorum Poloniæ
Decimo quarto Sveciæ vero Anno Octavo. Sigis,
mundus Rex. And. Mokronoski m.p. Locus Sigilli per,
silis Minoris Cancellariæ Regni Confirmatio Arti,
culorum Contubernio Fraternitatis Muratorum
et Lapicidarum Leopoliensium Nos itaque Sta,
nislaus Augustus prædicto supplicationi benigne
annuentes præinsertas Literas contubernio Fraterni,
tatis Muratorum et Lapicidarum servientes in
omnibus earum punctis clausulis articulis ne,
xibus et ligamentis et conditionibus Authoritate
Nostra Regia approbandas confirmandas et ratifi,
candas esse duximus uti quidem approbamus confirma,
mus et ratificamus præsentibus Literis Nostris. Decer,
nentes easdem in quantum Juris est et usus earum
habetur vim et robur perpetuæ firmitatis obtinere
Debere. In quorum fidem præsentes manu Nostra sub,
scriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum
Varsaviæ Die XXXI. Mensis Decembris Anno Domini
MDCCLXIX. Regni vero Nostri Anno VI. Stanislaus
Augustus Rex. — Antonius Sikorski S.æ R.æ M.tis
et Sigilli Majoris Regni Secretarius m.p. — Confirmatio Arti,
culorum Contubernio Fraternitatis Muratorum et Lapicidarum
Leopoliensi servien:

Feria quinta post festum S.S. Trium Regum

1585 17

Michael Dei gratia Rex Poloniae magnus
dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae
Livoniae, Kiioviae, Volhyniae Podoliae, Podlachiae, Smo-
lensciae Severiae Czernichoviaeq.

Significamus praesentibus Lris. Nris quorum interest Universis et singu-
lis Productas Nobis esse literas pargameneas, nomine et ex parte Contuber-
nij Magistros ~~concernentes~~ Mensatorum Leopoliensium continentes in se certos
Articulos, eiusdem Contubernii Magistros concernentes, manu Serenissimi Ste-
phani Regis Poloniae subscrptas Sigilloq Regni communitas, sanas salvas et
illesas omniq suspicionis nota carentes Supplicatumq Nobis ut easdem
Authoritate Nostra Regia confirmare et ratificare dignaremur, quarum quidem
Lrarum tenor sequitur eiusmodi estq talis. Stephanus Dei gratia Rex Poloniae
magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Livoniae
ac Princeps Transsylvaniae. Significamus praesentibus Lris Nstris Uni-
versis et singulis quorum interest, exhibitas ~~esse~~ Nobis per certos Consi-
liarios Nstros nomine Mensatorum, civitatis Nstrae Leopoliensis, Literas
pargameneas ~~ad bonum~~ famatorum Proconsulis et Consulum curalis nostrae
Leopolien: sigillo eorum civitatis communitas, continentes in se Articulos
Constitutionum ad bonum Regimen et ordinem fraternitatis Magistrorum
artificii Mensatorum Civitatis Nstrae Leopol: pertinentes; Supplicatumque
Nobis esse eadem Lras, Articulosq et Constitutiones praedictorum Magistro-
rum Authoritate Nstra Regia approbare confirmare et ratificare di-
gnaremur. Quarum quidem Literarum tenor ejusmodi sequitur. In
Nomine Dni Amen ad perpetuam rei memoriam. Quoniam ea quae sub tem-
pore fiunt, simul cum tempore pereunt, nisi Litera adminiculo et fide digno-
rum testimonio, fuerint comendata. Proinde Nos Consules Civitatis Leopol.
Seniores ac residentes. Significamus tenore praesentium quibus necessarium
erit universis et singulis praesentibus et futuris harum notitiam habituris.
Quomodo venientes personaliter ad conspectum nostrae Consularis residentiae
famati Seniores Magistri cum certis Magistr. artis mensatoriae Cives Leopol.
debita cum instantia a Nobis postularunt quatenus eos primum ad laudem
et gloriam Omnipotentis Dei atq ad decus et honorem inclitae et ac primariae
hujus Urbis terrarum Russiae Leopol nec non pro eorum meliori et arti-
ficii eorundem Mensatorii bono Regimine ac administratione ~~ordinatur~~
aliorum hujus civitatis Artificum Contubernia et Fraternitates habentium
coequaremus illisq Contubernium et fraternitatem admittere ~~eum~~ non recusare-
mus. Utilitati et necessitati Comuni civitatis providen: et obtulerunt
Nobis in Scriptis certos Articulos desuper connotatos et juxta consuetu-
dinem eorum artificii recollectos et per eosdem ab antiquo exemplo aliar.
Regni Civitatum tentos et servatos. Petentes illos sibi per Nos approba-
ri et confirmari. Quorum Articul~~orum~~ tenor sequitur et est talis.
Articulus I: Omnes et singuli Magistri et socii artis mensatoriae debent
singulis Anni quartalibus et demum in quatuor et quatuor hebdoma-
dis continue et tandem quotiescunq signo ad mandatum Dominorum
Consulum. Vel postulante aliqua sub tempore necessitate per Seniores
Magistros illo Anno electos vocabuntur ad Contubernium convenire debent
sub poena Dnorum Consulum gross 6. Magistr. itidem 3 Vel quae in eos tunc
per Magistros decernentur; quam poenam solvere tenebuntur sine

quavis cunctatione aut dilatione nisi fuerint legaliter, vel quamvis necessi-
tate evidenti praepediti propter quam ad Contubernium venire non possent
nihilominus hujusmodi impedimentum ac Necessitatem ille Magister
aut socius debet ac tenebitur prius Magistris Senioribus publicare poe-
nae autem Dominorum Consulum in Contubernio, sunt 6 grossi, alias
vero Magistrorum Communium et Sociorum inobedientium meliu
grossus. Et quicunque Magistrorum Seniorum tenerit ad Contubernium
post illius banitionem grossum unum. Magistri vero ceteri et Socii
per medium grossum reponent. Articulus II Item tenentur et debent
singuli Magistri et Socii Contubernales huius artificii Mensatorii sin-
gulis Missis pro defunctis pro quolibet quartali anni dum fuerint vo-
cati sub poena trium grossor. adesse, exceptis iis qui domi non fuerint,
nihilominus debent senioribus Magistris notificare. Articulus III. Item
dum Magister Senior pro quatuor temporibus anni quas angarias vocant
vel alio quovis tempore signo Magistros Contubernales et Socios vocabit,
ipsi mox post acceptum signum una cum familia seu sociis, antequam
signum recibit ad Contubernium tenebuntur convenire. Et dum reverse
tur. Magister Senior cum honore assurgens Contubernium baniet et cele-
brabit dicens: Ego banio hoc Contubernium Authoritate Omnipotentis
Dei, Sacrae Regiae Mttis Dni Dni nostri Clementissimi authte Dnorum
Proconsulis et Consulum denique authoritate Officii mei propria et Con-
fratrum meorum Contubernalium. In quo bannito Contubernio, si quis
contra alterum excesserit verbo poenam luet, prout ceteri Magistri cogno-
scent. Si vero manu, prout D. Proconsul cum Consulibus ex Officio
decernet. Et ibidem omnes Magistri et socii honeste sese gerent ac con-
servabunt, atque unus alteri se justificabit, pro quo inculpatus fuerit
sive sit Magister sive Socius sive etiam discipulus. Quod si aliquis
ex eis fuerit pertinax aut temerarius, talem Magistri corrigere debent
prout dignum illis videbitur. Si autem correctionem Magistrorum
non curaverit, talis excessivus pertinax et temerarius Magister vel
Socius Officio Dominorum Consulum publicabitur et deferetur, ut
per eosdem puniatur. Si etiam aliquis praetenderit se a Contubernio vel
magistris in quapiam causa injuriam habere et ad Dnos Consules se revo-
caverit, id neutiquam illi denegare debent quin imo illud negotium
discernent ad Officium Consulare remittent. Praeterea Seniores Ma-
gistri non debent aliquem Magistrum aut Socium ex ira vel odio
in eum concepto temere judicare sed secundum justitiam et rei aequi-
tatem ac aliorum Magrorum iustam et dignam inventionem. Arti-
culus IV. Item tenentur et debent omnes Magistri ponere in con-
clavim seu pixidem communem pro singulis quartalibus per vigin-
ti grossos et Socii Contubernales per viginti grossos, si quodam eius
cum eisdem Magistris suis contubernium tenent. Et ibidem Magistri
praefati Sociis declaraturi sunt, quod hujusmodi pecunias compone-
re solet primum ad laudem et gloriam Omnipotentis Dei, quia pro
talibus pecuniis et aliis poenis receptis aut aut recipiendis de Magi-
stris et Sociis excessivis collectis et coactis de anno in annum sacerdotem
tenent, qui alteri eorundem servit et duas Missas singulis septimanis
celebrare solet, unam pro vivis alteram vero pro defunctis. Praeterea
candelas ad altare stativas ac arcas et quatuor superstatis sive signis

quatuor vero candelas circulatas alias Kręcone pro sepultura funerum et
ad obsequiat pro mortuis serviend. comparare et singulos Magistros
et Socios mortuos verorum Christianorum more ad sepulturam deduca,
re et tumulare solent. Articulus V Item Socius ejusdem Artificii Mensa,
torii qui fuerit idoneus et perfectus moribusque sua irreprehensibilis si vo,
luerit Contubernium suscipere ac se aliis Magistris incomittare, debet esse
probatus ac pro tempore quatuor temporum anni Magistros cum homi,
nibus probis ac honestis adire cum quibus postulaturus est ut in medium
corum suscipere eum quidem Magistri humaniter et gratiose suscepturi
sunt informareque tenebuntur, quo pacto in principio artis procedere et qua,
liter se in arte gerere et conservare debeat demum per laborem proba
alias Wsztuce, ut est specialiter descripta et dimensurata probaturus est.
Proba autem alias sztuka talis est et esse debet scrinium ex asseribus Flader in
Platano ligno alias na Jaworze bituminatum cum suis demensionibus
et scriniolis alias z Ladwzarniami cum aliis mensuris pertinentiis. Item
Mensa vulgo fasowany stol, in Platano cum cum Scrinio ex ligno eodem
platano cum Ladiszarnis et aliis mensuris ut sursum levari et duci alias
posuwac się in Scrinio ex ligno possit, ut Magistri ipsi mensuras designa,
bunt. Qui quidem Socii aliunde advenientes non mox petere debebunt
ut ad probas faciendas admitterentur, Verum tenebuntur prius quam
id postulabunt, annum unum apud Magistros mensatores laborem exerce,
re, Elapso autem hujusmodi tempore, ad hujusmodi tempus probas con,
ficiendas admitti rogaturi sunt, quos ipsi Magistri Ubi jam in civitate
notitiam acceperint, seseque modeste conservaverint, mensurae illius
proba alias Sztuki publicata et similitudine ac forme pro signa,
tae ne in illa conficienda exorbitarent, et variarent sed ut secundum
mandata et jussa facerent, debent ad ipsa probas admitti, Unde eorum,
dem apparebit et artificio et perfectio. Et cum hujusmodi satisfacient in
medium Magistrorum grate suscepturi sunt atque ibidem grossos viginti
introitalium reponent ac jus civile suscipient, juxtaque antiquam observan,
tiam circa ostensionem proba florenos quinque loco prandii dabunt.
Et Enim Magistri de novo creati antea super alios Magistros ordina,
bant prandium, verum id per Dominos Consules certis ex causis prohi,
bitum et constitutum est, quo tales pecuniae in Contubernium loco pran,
dii reponantur et in subsidium totius Contubernii converterentur pro
illisque arma nec non tormentarii pulveres, ac alii apparatus emeren,
tur pro Contubernio, a mundationeque armorum persolveretur. Nihilo,
minus ipse Magister recens creatus debet, ac tenebitur circa ostensio,
nem suae probe seu Magisterii super certos Magistros merendam
parare juxta suum posse, cui tenebuntur Magistri de Consuetudine
propinare ac Privilegium legi facere. Ut sciat se honeste inter colle,
gas suos conservare. Quod etiam Privilegium singulis anni quartalibus
propter Magistros juniores in Consuetudinibus et moribus exercendos
debet legi. Si autem ille socius ad Magistrum promovendus probae non
satisfacerent ea tunc id ita meliorare debet. Quod se in alium lo,
cum conferre ac ire tenebitur et loco Socii Unum Annum cum sex
septimanis laborem exercere et artificium informari et tandem illam
probam denuo juxta formam superius descriptam perficere et exequi

Quo facto familia ad artificium promptiorem et pleniorem eacrutationem erit ha-
bilior et civitati magis idonea. Articulus VI. Item nullus magister Mensator
ineruditus vulgo Partacz debet in damnum et injuriam magistrorum Mensato-
rum Contubernalium in ea civitate aut circa eandem se locare nec artificium
laborare quum ipsi Magistri contubernales probati onera civitatis in se tol-
lerant et reformant necessitatiq publicae satisfacere possunt et tam pacis
quam belli tempore ad omnem necessitatem Reipublic: istius sumptibq suis
et vitae non parcendo sint parati. Articulus VII. Item nullus socius
iter faciendo apud Mensatorem improbatum et non contubernalem alias
vulgo Stolarza albo Partacza magis duabus hebdomadis in opido alio vel
quovis alio loco laborare debet. In ea vero civitate ubi adest Contubernium
ne minimo tempore laborabit nisi Magistri contubernales illis non ne-
cesse habuerint vel propter indignam eorum conservationem eos habere
et conservare noluerint, nec amplius illis apud improbatum et imperitum
Mensatorem laborem facere quos servare nollent quam duabus septima-
nis, quod si ulterius praesument laborare extunc illud totum quod ultra
duas septimanas pro labore accipient, et poenam a Magistris et sociis
non evadent. Articulus VIII. Item nemo sociorum quaecunq res Magri
sui debet sibi appropriare sive a labore suo ab alia quavis re, sine
censu et voluntate Magri sui sub poena amissionis artificii sui. Arti-
culus IX. Item nullus Magrorum Mensatorum debet aut poterit
Solus met quintus laborare, ut si unum habet discipulum tres socios po-
test habere, si autem duos habet discipulos etiam duos socios servabit.
Quod si tres discipulos habebit extunc unum duntaxat socium tenebit.
Quae quidem ordinatio servari debet non tantum Leopoli verum in
aliis civitatibus et opidis ubi habentur contuberniae Russiae Podoliae
Volhyniae et Pokuciae consistent. Item nullus Magrorum debet servare
plures discipulos solum tres et quilibet eorum ad Annos quatuor infor-
mabitur adultus praesertim quod si junior septem annis informabitur,
vel prout Magister melius intellexerit. Casu quo interea Magister eorum
de hac vita decesserit extunc ipsi discipuli annos suos apud relictam
viduam Magistri sui promereri tenebuntur, si autem aliquis discipu-
lorum, a disciplina recesserit inscio Magro, et ad id eo non consentiente
ad octo vero septimanas, ad locum suum non redierit, talis denuo arti-
ficium apud eandem Magistrum suum erudiri, et effectaliter informari
si vellet in finem artificium laborare debebit, Qui discipuli dum ad formi-
dandum suscipientur, debent in librum contubernalem inscribi, et anni eo-
rum ad quos se addicent a quo tempore ibidem debent insigniri. Item si ali-
quis Magrorum apud aliquem Magnificum Dnum vel Nobilem in castro vel
curia magnum laborem plures susceperit et conduxerit, cui cum familia
sua satisfacere non sufficeret, poterit sibi ad tantum laborem plures socios
juxta necessitatem acquirere et a quolibet socio, quem ultra numerum deter-
minatum familiae suae susceperit ad hujusmodi laborem tenebitur, in
contubernium tot fertones quot Socios tenuerit singulis anni quartalibus
reponere quotiescunq vel illum laborem non determinaverit. Quae pecuniae
in Contubernium reposita ad comparanda arma convertetur. Articulus X
Item socius hujus artificii mensatorii ubi voluerit se alias conferre ac
in alia civitate vel opido Magister effici hic in terris Russiae Podolis

19

Volhyniae ac Pokuciae talis debet ~~esse officiens~~ esse sufficiens et probatus propter familiam. Et ut illi liberum esset discipulos suscipere servare et docere, qui discipuli essent habiles et idonei ad exercendum artificium et ut de illis teneatur prout de illis qui eruditi erunt et docentur Poloniae Cracoviae et in aliis civitatibus superiorum partium civitatibus Magistris et in ea civitate Leopolien: Capitali Russiae in contubernio nostro tenetur, extunc talis socius debet a nobis accipere informationem et authoritatem contubernalem qua sciat qualiter se in illa civitate vel opido in quo locabitur et Magister efficietur cum familia et discipulis gerere ac ordinare debeat et pro tali informatione et literis consvetudinum contubernalium sibi concedendis tenebitur dare in contubernium unum lapidem cerae ad faciendas candelas pro cultu Divino. Et enim talis socius fraternitati Nostrae adscribitur. Et a quibusvis aliis Contributionibus Contubernalibus et oneribus erit liber. Item si quis incredibilis Mensator alias Sto arz partacz voluerit se iustificare, ac expurgare, in hoc gratiam Nostram postulabit, ut sibi condonarent quod in eorum destructionem laborabat, et artificium callruit cum quo Magistri gratiose procedent. Articulus XI. Item dum aliquis disipulorum plenarie artificium didicerit et annos disciplinae compleverit sive hic Leopoli sive in aliis civitatibus et opidis Contubernio Nostro pertinentibus, talis discipulus jam post eruditionem, juxta consuetudinem per duas hebdomadas apud Magistrum suum elaborabit, postea Magister ille tenebitur pretium mercedis suae juxta manus laborem velut non dum exercitato et natu juniori habita ratione idonei talis suae pro illo tempore constituere, et tandem cum in labore junioris socius manum suam excolet, et melius assuescet poterit tunc Magister illi pretium mercedis adjicere sive meliorare. Post illas vero hebdomadas duas dum consuetudini satisfaciet, et ipsas duas specificatas septimanas elaborabit, debet Magister suus coram omnibus Magistris in Contubernio publice, recognoscere quod sibi satisfaceret discipulus adolescens pro artificio. Et omnes Domini Socii simul cum Magistris in numerum sui grate suscipient ac illum bonis et virtutis operibus instruent non ebrietatem aut lusum chartarum alq vel talorum, aut quid inhonestius. Dabunt ille illi cognomen iuxta suam affectationem honestum cum signo et charactere ut moris est assignatum. Articulus XII. Item ubi unus magister contubernalis, aut Socius alterum confratrem suum quovis in loco infamaverit et dehonestaverit extunc ipsi Magistri testimonia debent exaudire quibus examinatis partem ream iuxta excessum et causae cognitionem punire. Si autem ad corrigendum Magistrum excessivum sociumve famulo civitatis necesse habuerint debent Dominum Proconsulem accedere et ex officio ipsum famulum petere, quo accepto iuxta excessus sui meritum castigare. Articulus XIII. Item nullus hominum in damnum ~~Civitatis~~ ~~praepediendo~~ Magistrorum praefatorum ex eorum Contubernii aliunde hic in civitate laborem artificii eorum eis commodum et victum perpediendo ducere audeat sub

poena receptionis hujusmodi laboris, qui labor in eos inductus cum famulo Civitatis recipietur et ad prætorium importabitur et ven- detur pecuniaque pro tali labore recepta pro infirmis pauperibus in Xenodochijs decumbentibus distribuetur. Qui articulus extendi debet etiam ad alios Magistros et Socios, qui extra Contubernium ipsorum artificium exercuerint libertate nundinarum excepta. Articulus XIV. Item filii Magistrorum qui hic in loco artificium apud Magistros Mensatores Contubernales didicerint ipsi solum mediam probam, alias pulzluki prout eis Magistri mensuram tradent, et formam ostendent assigna- buntque laborare tenebuntur. Illud autem totum quod alii Magistri in promotione solent conferre ac tribuere contubernio ut præfertur ad com- munes necessitates dare etiam et pendere tenebuntur. Articulus XV. Item quilibet Magister et Socius tenetur interesse sepulturæ obsequiis et missæ pro defunctis ita prout circa missionem signi eis publicabitur, si cum familia vel sine familia esse debeant sub poena medii grossi. Articulus XVI. Item dum aliquis Magistrorum susceperit adoles- centem in disciplinam ac artificium Mensatorum informationem ipse adolescens debet primum duabus septimanis probare, an illi hoc artificium sit cordi et an Magister sibi aut ille Magistro placeat. postquam autem se a proba illa condixerit, jam et melior et diligentior fieri ac in eo artificio ~~se applicuit~~ illudque totis viribus proficere debe- bit. Pro contubernium grossos sex dare et reponere tenebitur in si- gnum quod ea eo tempore artificio se applicuit illudque suscepit. Casu quo in ea doctrina discipulum mori contingat extunc tenebuntur eundem Magistri aeque ut alium suum confratrem expedire. Ubi vero de infirmitate convaluerit, et ad pristinam redigerit sanitatem benefi- cium illud Magistro promereri tenebitur, ~~Quæ~~ quidautem magister in medicinam et suas necessitates erogaverit, hoc postquam in socium creabitur, cum bona voluntate ex gratiarum actione Magistro suo ela- borabit sin autem illo tempore quo in disciplina fuerat se se erga Magistrum bene et ultra damnum conservaverit beneficium discipulo collatum potest magister condonare, ac servitium remittere. Item disci- puli officium et munus erit, instrumenta Magistrorum omnis ge- neris diligenter servare, ac super intendere ne quid pereant, et si quid de talibus instrumentis per incuriam et neglectionem illius perierit discipulus cum emenda tenebitur illud Magistro reformare et reparare. Arti- culus XVII. Item si aliquis socius temere nulla habita causa sine voluntate Magistri dies communes feriaret in damnum jacturam atque dedecus Magistri sui alios denique infamaret, et rixas, ac contentiones cieret, aut suscitaret, vel excessivus foret, talis debet puniri juxta suum excessum et cognitionem magistrorum. –

Articulus XVIII. Item si quispiam Magistrorum ad aliam sibi civitatem pro socio quopiam destinaret et ille socius ad postulationem suam veniret, extunc ipse socius non debet se ad alium Magistrorum conferre nec alio commendari, alias bydz szykowan, solum illo Magistro, qui pro eo destinaverant, et laborando apud eundem Magistrum duabus septimanis, si illi locus non placuerit poterit ad alium ire, et alio laborem exercere, verum nullus Magistrorum alteri debet familiam persuasionibus, aut donariis avocare, nisi certo sciat illum socium penes eum Magistrum apud quem laborat, permanere nolle vel alio proficisci velle, tunc demum poterit illum effectare, ut se in labore juvaret. Secus qui faceret unum lapidem cerae contubernio reponet, et enim id repugnaret christianae charitati, si autem aliquis socius motu proprio, aliunde venerit debent socii sibi Magrum assignare, alias na szykowaniu socii debent illi Magistrum manifestare neminem apud quem ee vellet, si autem cum nulla notitia contraxerit et habuerit, ac si in ea civitate ante nunquam fuerit, extunc seniores socii debent illi Magistros manifestare neminem laudando, nec vituperando. Apud quem autem vellet laborare illuc per eos reducetur et locabitur, quod si iis magister illo socio non indigebit extunc alium locum sibi quaerent, ubi vocabit et acquisito cum illis loqebunt et more solito, adducent. Articulus XIX. Item nullus socius audeat a magistro suo duabus septimanis ante nundinas et duabus post nundinas recedere, donec accipiat admissionem seu consensum a magistro suo duabus hebdomadis cum in civitatem revertetur eidem ante recessum. quod si magister a socio postulatus a labore illum dimisserit extunc ille socius dictas duas hebdomades cum in civitatem revertetur eidem magistro tenebitur elaborare similiter duabus septimanis ante Festa Solenia, Paschae Pentecostes Michaelis, et Nativitatis Dni, nullus magister socium alienare nec socius a magistro recedere debet. Articulus XX. Item Postquam aliquis Magister artis hujus laborem contraxerit apud aliquem civem vel qualecunq hominem, extunc nullus alius Magister id sibi praeripere et praepedire debebit, sive derogationibus sive detestationibus. Et si ille civis non perfectum laborem solvere illi vellet et alteri alteram partem dimidiatam elaborandum daret, illi civi aut homini alius Magister non debebit laborare donec illi priori Magistri facta fuerit integra solutio et satisfactio sub poena unius lapidis cerae nisi ad id accedat rata et legitima causa.

Articulus XXI. Item quilibet Magistrorum tenetur socio suo qui se probe ac honeste in officina conservaverit providere, quo socius ipse singulis diebus Dominicis habeat indusium sive interulam mundam ac alias id genus necessitates, simili modo pro singulis mensibus lectisternia tota tota, in duabus autem septimanis pro balneis illi mediam grossum dare tenebitur, Merendam

quoque a Festo Solennis Paschatum ad Festum divi Michaelis Archan,
geli socius dabit, quod rursus a Festo sancti Michaelis ad Ferias Pascha
lis cessabit et deficiet. Socius autem a Festo divi Michaelis usq ad
Feriam quartam Cinerum ad laborem hora nona surgere, illumque
ad accensionem candelarum seu crepusculum vespertinum continua,
re debebit a Feria vero quarta cinerum ad Festum sancti Michae,
lis ad laborem surgere, et illum incipere quam primum illuxerit
et diescet tenebitur, in eoq ad laborem horam usq vigesimam tertiam
diligenter laborando, et verbis non necessariis ac confabulationibus
laborem non perturbando nec perperdendo perseverabit. Item so,
cius non habet Trunkgeld solum unum grossum et si quid ultra
fuerit, hoc erit in arbitrio Magistri iuxta socii ipsius conservatio,
nem. Item quilibet socius probus pro virtute sua debet et tene,
tur in officina sua in verbis cantilenis factis et operibus suis
signanter in praesentia Conjugis Magistri quam eque honore ve,
lut et ipsum Magistrum afficere debet, se modeste conservare, simi
liter etiam in praesentia puellarum filiarum, et filiorum, ac totius
familiae citra offensionem piarum aurium et scandalum malumve
exemplum segeret vel, nam quem honorem Magistris suis exhibe,
bit, talem etiam ab aliis cum in magistros promovebuntur
expectaturi sunt, et qua mensura mensi fuerint eadem illi reme,
tietur. Articulus XXII. Item quilibet magister mensator, si aliquis
socius apud eundem laborans infirmitatem inciderit tenetur so,
cium infirmum duabus septimanis in suis propriis sumptibus
et expensis servare, quod si ultra duas septimanas non convalue,
rit, tunc licet ipsum tenetur magister suis expensis servare
ac tollerare prout melius poterit tamen ille infirmus dum conva,
lescet ad pristinamque sanitatem perveniet, illud totum quidquid
magister suus tempore aegritudinis ad necessitates illius exposu,
erit tenebitur et debebit cum bona voluntate et gratiarum actio,
ne ille socius elaborare ne pro ingratitudine per divinam maje,
statem vindicaretur. Si autem ipse socius infirmus morietur, ex
tunc ipse magister suus in praesentia magistrorum et sociorum inven,
tarium rerum suarum confecturus est, et tales res morte illius derelictas
a se suscipiet et servabit tam diu donec aliquis suus consanguineus
aut propinquus advenerit et se publicabit. Quas res omnes conscri,
ptas ille magister in praesentia magistrorum et sociorum de ipsorum
consensu extradet, et ipsis propinquis restituet, ille vero affinis et
consanguineus tenebitur Magistro illi omnes suas impensas et
expensas quas fecit simul cum sepultura, et quidquid ille defunctus
alias tenebatur restituere et resarcire. Articulus XXIII. Item

nullus magister debet secreta magrorum quæ aguntur in rebus ex parte Dnorum Consulum sive ex parte Contubernii coram extraneis et præcipue coram et familia aut quamcunque alia persona et similiter in collationibus revellare. Præterea neque debent publicare illi cui faciunt sedere tunc cum illos se fratres consultantur. Nam non sine causa fit cui exire jubent partim enim agunt et libere res contubernales et secure agere et tractare possint, partim etiam quum illorum res agunt qui recedunt quandoque cum fratrem cum fratre et amicum cum amico si-mul contingit. Ideo nullus senior magister, nec aliquis magrorum alias institutiones et consuetudines sibi excogitare ordinare et advenire debet præter eas quæ superius descriptæ sunt ad damnum et destructionem et injuriam Reipublicæ et contubernii Mensatorum civitatis ipsius, imo has consuetudines et modos superius designatos annis singulis ex iureiurando confirmare debet. Et si quid difficile aut arduum inusitatum nec evenerit, quod ipsi magistri contubernales discerne-re sufficienter non valleant nec possent in hujusce rebus debent ad officium spectabilium Dnorum huius urbis consulum capessendi gratia consurgere atque in talibus et emergentiis quo pacto proce-dere debeant informationem petere, nihilque in talibus rebus sine eorundem consilio facere. Nos itaque Consules, prænominatæ urbis Leopol. attento quod ex debito officii Nostri maxime nobis interest religionem et pietatem promovere divinum cultum pro-pagare honestatem ac virtutem civitatis custodire illius commoda acquirere nec non regimini et bono commodo intendere ac quidquid illi ex re futurum sit diligenter curare quare cum contubernia et Fraternitates artificum pro civitatum decore ac honore Reipublicæ ad bonum statum et commodum communeque utilita-tem ac necessitatem pacis denique ac belli tempore ad defensum insti-tuunt et ordinantur ex quibus contuberniis et fraternitatibus Reipu-blicæ civitatum crescunt et amplificantur cives ipsi in virtute excre-scantur probitatis et honorum morum exemplum tum civilis disciplinæ et maxime obedientia in omni republica necessaria crescit quibus ipsæ civitates decorantur ac moderantur suaque accipiunt felicia incre-menta. Ideo instantiæ ac dignæ postulationi ipsorum seniorum ac communium magrorum memoratæ artis mensatoriæ civium Leopolien: acclinati pro debito officii Nostri ipsos articulos nobis per eos in scriptis porrectos diligenter prius recepsimus et examinavimus, quos cogno-vimus non secus quam pro laude divinæ Majestatis et communi bono melio-ri.

civitatis istius atque pro honesto regimine ac digna administratione ipsius contubernii ac fraternae charitatis se protendere. Quare Dei omnipotentis invocato nomine super eisdem magistrorum mensatorum articulis superius descriptis hoc ipsum Contubernium et fraternitatem eorum fundavimus ac ereximus, prout fundamus ac erigimus, eosdem articulos in omnibus et singulis ipsorum punctis et clausulis et articulis approbamusque ratificamus confirmamusque per praesentes temporibus perpetuis, Reservata nihilominus Nobis et successoribus Nostris plenaria facultate huiusmodi articulos, pro rei exigentia, et temporum varietate si et in quantum opus fuerit et necesse meliorandi moderandi corrigendo immutando et loco ipsorum pro utilitate et commodo Reipublicae civitatis et eorum artificii alios addendo et denuo faciendo harum tenore et testimonio literarum quibus in fidem et testimonium evidentius et efficatius est subappensum. Datae ex residentia Nostra consulari Sabbatho ante Festum Michaelis Matthei Evangelistae et Apostoli proximo Anno Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Secundo. Nos itaque Rex Stephanus Supplicationi eiusmodi benigne annuendo praeinsertos articulos Omnes et singulos una cum eorum contentis clausulis et conditionibus authoritate Nostra Regia approbanda ratificanda et confirmanda esse duximus approbamusque ratificamus et confirmamus hisce Literis Nostris temporibus perpetuis decernentes eos omnis robur debitae et perpetuae firmitatis in quantum Juri communi statutis et Constitutionibus Regni Nostri non repugnant debere obtinere. Hanc insuper praerogativam memoratis magistris Mensatorum Leopolien: concedentes quod Socios artificii mensatorum quos idoneos aptosque ad Magisterii gradum promovendos consuerint ex aequo in magistros promovere ac creare licitum erit illis, quemadmodum Magistris Mensatorum Cracoviensis civitatis Nostrae qui Magisterii exercendae artis mensatorum eam authoritatem obtinebunt ac si a Senioribus ac Universo collegio Fraternitatis Mensatorum Cracoviensium in Magisterium promoti creatique essent. Qui vero profitentes,

artem eandem Mensatorum in Collegium legesq[ue] et instituta ipsius legitime non fuerint accepti et admissi neq[ue] continerantur in corpo re præfati Collegii ii omnino facultatem circa civitatem Nostram Leopolien: suum artificium exercendi et opera sua vendendi habere non possunt a Magistrisq[ue] ad exercendam artem suam admitti debent. In quorum omnium fidem præsentes manu Nostra subscriptas Regni Regni sigillo communiri mandavimus. Datum Cracoviæ die nona Mensis Maji Anno Domini Millesimo Quingentesimo Octuagesimo quinto Regni vero Nostri Anno Decimo. Stephanus Rex Lowu[?] Sigilli Secretarius Mlodziejewski.

Nos itaq[ue] Michael Rex Supplicationi prædicti Contubernii benigne annuendo præinsertas literas in omnibus eorum punctis clausulis approbanda et confirmanda esse duximus prout quidem approbamus et confirmamus præsentibus hisce. Et quoniam ipsud Contubernium ob paucitatem sui sufficere civilibus oneribus non potest, et tot præpeditiones in Artificio suo habent, id circo inhaerendo conclusioni eorum Articulorum, nonnullos Artifices eisdem similes ut pote Capsularios Vitrarios eorumq[ue] Socios addimus et conjungimus, qui conjuncti huius artificiis uti debent sine quavis perpeditione Architectorum Sculptorum et Organar: In cujus rei fidem Præsentes manu nostra subscriptas sigillo Regni communiri mandavimus. Dat. Leopoli Die XVI Mensis Octobris Anno Domini M.D.L.XXIII. Regni Nostri IV Anno. — Michael Rex m.p. —

Stanislaus Brzenski Generalis Regens Cancell. Regni

Confirmatio Mensatorum Civitatis Leopoliens.

Privilegium

Contubernii Mensatorum Leopoliensium
a Serenissimo olim Rege Michaele benigniter
confirmatum et approbatum

Przywilej ładnie kursywą pisany na 4 arkuszowych pergaminowych
kartach ma na ~~ee~~ różowej wstążeczce blaszaną puszkę w której się
duża czerwona woskowa pieczęć Króla znajduje.

1593

1.

23

Consules civitatis Leopoliensis universis et sin„
gulis harum notitiam habituris tenore praesentium notum fa„
ciamus Quomodo coram nostra consulari Residentia comparen„
tes personaliter famati Hieronymus Waiwott et Jacobus Ogo„
rzałek artificii pellionum Ceikmagistri aliique Magistri ejus„
dem contubernii civitatis ejusdem Leopoliensis palam publice
benevoleque obtulerunt officio nro literas permagereas confir„
matoreas a S. R. Mte moderna D. Dno clementissimo articu„
lorum prorogativarum et immunitatum fraternitatis pellificum
civitatis ejusdem Leopoliensis ipsis a Divo olim Sigismundo
primo Rege Poloniae clementissime indultarum salvas et il„
lesas manu S. R. Mtis subscriptas et sigillo Regni obsigna„
tas Quas quidem quoniam ex consilio et instinctu nostri offi„
cii a S. R. Mte D. Dno clementissimo ad augmentum et de„
core ejus civitatis impetraverunt ut ad notitiam omnium aliorum
contuberniorum et civium tum etiam exterarum civitatum
deducerent et ut tanto magis nota et conspicua foret muni„
fica et liberalis voluntas Regia et propterea nequis contra

immunitates ipsorum aliquod amnus ignorantiam praetendere pos-
sit; denique ut etiam nos tanto promptiores ad exsequendam volun-
tatem et jussa Regiae Majestatis cognoscant actis iisdem nostris
inseri petierunt et obtinuerunt in tenore quo fuere tali

Tenor literarum privilegii

Sigismundus Tertius, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux
Litvaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae Livoniaeque etc.
nec non Regni Sueciae hereditarius Rex. Significamus praesenti-
bus literis nostris quorum interest universis et singulis exhibi-
tas esse coram nobis literas pargamineas sub titulo Divi ac
exoptatissimi avi nostri Sigismundi Regis sigillo Regni majoris
Cancellariae munitas salvas integras omni suspicione nota caren-
tes, continen in se articulos prorogativas immunitates fraterni-
tatis pellifizum Leopolien intra muros commorantium quas ut in
novo pergameno describi mandare easdemque authoritate nostra Regia
confirmare approbare et ratificare dignaremur supplicatum est
nobis. Quarum quidem literarum de verbo ad verbum tenor is est
qui sequitur: In nomine Domini amen. Regum atque omnium prin-
cipatum est subditis suis patentes aures praebere, cum ea quae
vel justa vel ex re Reipublicae fuerint petere enituntur. Idque apud
posteritatem perenne sit literarum monumentum et testium anno-
tatione roborare. Proinde nos Sigismundus Dei gratia Rex Polo-
niae Magnus Dux Litvaniae Russiae Prussiae etc. nec non terrarum
Cracoviae Sandomiriae Siradiae Lanciciae Cujaviae ac Culmen.

Elbingen Pomeraniæ Dnus et heres Significam tenore presentiu quibus expedit universis prntbq et futuris harum notitiam habituris. Quia famosis proconsuli et cons. Leop. fid. nris petitiones nobis pro parte artificum pellificu Leopolien intra muros comorantiu porrigere pro fraternitate eis per nos concedenda cujus ipsi con„sules descriptz cora exhibuerunt articulos. Nos consulu ipsoru peti„tionibus gratiose annuentes fraternitate ipsoru pellificu in Civitate eadem nra Leopolien intra muros ejusdem constituere et admitten duximus constituimusq et admittamus per prntes articuloru infra scriptoru sub tenore inprimis ut quilibet juvenis magister cupiens cum pellificibus fraternitatem suscipere et contubernio eorundem adscribi tenebitur ante oia pro examine unu Almutiu de pellibus aspergellinis facere ad quod quide facien debent sibi de fraternitate duo mgri Christianq et Rutenus deputari quo„ru consilio negotiu suum peraget, debetq tale almutiu in plena congregata fraternitate ostendi quæ discernere debebit an talis magister artificio satisfecerit ipsoruq arbitrio statit eunde sus„cipere vel rejicere. Item postqua mgr talis artificio satisfecerit, ut et per fraternitate decernetur suscipien in ipsa susceptio„ne quæ ultra quindena differri non debet reponet pro erario comuni fertone ruthenu alias quindecim gross. Polon et duos Biesmani cera sine quavis dilatione et prandium seu refec„tionem fratribus obligabitur procurare. Si vero propter

difficultates aut occupationes aliquas ipse Juvenis Magister
comode prandium aut refectionẽ talem procurare non posset talis
loco refectionis reponet duodecim florenos ad commune fraternita„
tis ærarium, a quo quidem prandii seu refectionis impensa et duo„
decim floren: in commune scrinium repositione liberi fore debent
Magistrorũ filii et similiter qui filiam alicujus Mgri in conjugem
